


№ 4.8°





INDEX HOC VOLUMINE CONTENTORUM.

1. M. Achatii Curai Elegia gratulatoria ad Jacob. Uchariski Episcop. Cu-  
laurens.
2. Beyschreibung von Polozko in Littgauen von dem Moscovitum <sup>1562.</sup> ~~verfasst~~ und  
ningmörum
3. M. Petri Sikii Oratio de State Ecclesiarum Prutenicarum et de Confessi-  
one Pirinis Alberti Senioris March. Brandenburgici cyphista calumny Paul. Schalki.
4. Hendricus Gallo-Polonus.
5. Ursache des Stat schrifftu Königs von Dantzig.
6. Beyschreibung des schrifftu Vorlag von dem Könige von Dantzig. <sup>1578.</sup> ~~verfasst~~.
7. Mart. Cromeri Polonia, s. de situ, populis, moribus, magistratibus et Rep.  
Regni Pol. Libri II.
8. Von Zeitung von der Victorie, welche die schrifftu, Dessen schrifftu von  
schrifftu Königs. <sup>1578.</sup> ~~verfasst~~ für die Stadt Altdamm in Litthland <sup>1578.</sup> ~~verfasst~~  
in Moscovitum A. 1578. ~~verfasst~~.
9. Zeitung von dem König von Polan <sup>1579.</sup> ~~verfasst~~.
10. Ad Regem Pol. legatorum nobilitatis Ducatus Prussiae litera inimi-  
atorum appellationis à se interposita. Instructio legatorum nobilitatis;  
Gravaminum Ducatus Prussiae brevis compilatio
11. Mart. Schwartzbach Carmen lugubre in obitum Regis Stephani.
12. Matth. Strattmanni Carmen de adventu in Prussia et civitate  
Dantiscum Regis Sigismundi.
13. Primum beneficium et concessio simultanea investituræ in Ducatu  
Prussiae.
14. Germanici Marchionis Malaspina Nunciij Apostolici Oratio de foedere  
cum Christianis Principibus contra Turcam feriendo.
15. Andreae Loeachii Epithalamium I in nuptias Sigismundi III.
16. . . . . II. in eadem nuptiis.

17. Eiusd. Numer innocuo amicis sive victoria Demetrii Johannis Magni Mosci. Ducis eiusq. devota gratitudo in auxiliares Polonos.
18. Eiusd. Astraea apud Iovem supples ex triplici Aegyptiaco Singsmundi III. etc.
19. Eiusd. Salvus periculis concordis partus inter faustas acclamaciones Reip. Polonae ob spem reddita tranquillitatis exoptato Comitiorum Anni 1609. eventu tandem sibi natam adhibitus.
20. Concilium Provinciale Regni Pol. a Bernhardo Maieioniski Archi-Episcopo Gnesnenfi habitum Lubecis 1607.
21. Beschützung der Marquis, so in dem von Gorn an die In Perda und Procevier gehaltenen Insaam. Buchen abgezeichneten Personen gehalten wirden durch Jesuiten Nation gehalten.
22. Entkräftigung des Königs in Polen des Decretes der Commission so In Königsberg von Königl. Commissarien A. 1612. gehalten worden.
23. Antwort des Raths auß Polen und Littfauwen auß die Dinsten des von Gorn und Dantzig so auß dem Brief. tags In Marssan A. 1615. vinyant verbit.
24. Exemplar literarum quibus Rex Pol. Regni Bohemias factus, ut gratias ab armis contra Casarem fuitis dicerent adhortatur, itaq. Respon. ad hoc literas 1618.
25. Brief. so In A. 1620 in Dantzig bey Dantzig für Dan. biden In. Insaam. Ingeben.
26. Joh. Qywocki in Simonis Rudnicki: Episc. Varmiensis.

27. Joh. Narssii Anastasii Regina devicta à Gustavo Adolpho Rege Sue-  
ciae Carmine Heroico de scripta.
28. Guesd. fides et humanitas Polonica erga delegatos Regis Suedorum.
29. Neutralitas Regiomontana.
30. Apologia des Königs von Brandenburg, auß was Ursachen sie sich an  
den König in Brandenburg A. 1626. ergabem müssen.
31. Anlauff des Jan Amos, Juristen des Königs von Pohlen und des  
Kaysers Gustavi Adolphi. Pologus, Doffner von der Dantziger Lunds  
gesselschafft 1627.
32. Elia de Nukrois Panegyricus in laudem Gustavi Adolphi.
33. Jacobi Roy Sigismundo III. de bello Suevico Panegyricus Apologeticus  
ad Eliam de Nukrois scriptus.
34. Ah Amoti Krusii Panegyricus Gustavianus El. de Nukrois cinbo Phylip-  
no enibellatus.
35. Elia Nukrois Palinodia ad Panegyricum in laudem Gustavi Adolphi.
36. Adami Zydonzki polioritas et nonnulla disputationes Juris.
37. Casp. Siemek Eius bonus.
38. G. Lacon seu de Reip. recte institucnda arcany Dialogus.
39. De Controversiis inter ordinem Ecclesiasticum et Secularem in Re-  
gno Pol.
40. Woyciecha Deboleckiiego Wywod iedygo wlasnego Państwa Swiata,  
w którym pokazuię ze nastawdawniejsze w Europie Krolestwo Polsh.
41. Joh. Lijzki Oratio fanebris Sigismundo III. Regi, et Constantia Re-  
ginae scripta.
42. Bericht mit was ceremonien die beyden Königl. Liefden auß was Ursachen  
ihnen Beytraubiß 1633. geschicket worden.

43. Relation mit was Proceß in Königl. Caisern in Craban buggenstul  
und in Kröning Vladislai darant gesschen.
44. Dominici Roncallii Panegyricus in laudem Polonorum Romae habitus.
- 44½ Relation von der Victoria <sup>von Smolensko</sup>
45. Relation des Successes de der König Vladislav gegen die Moscoviter  
inub Smolensko bis auff d. 6. Oct. 1633. gesehlt.
46. Relation von selbigem Successu bis auff d. 29. Jan. 1634. nach  
denn conditionen de der R. von Polnen dem Moscovitischen Ge-  
neral auff d. Traktaten d. 29. Jan. abgezogen.
47. Bericht von selbigem victoria.
48. Juitung ein die Moscovitische Arme auß dem fürstenthumb Smolensko  
abgezogen.
49. Bericht von der victoria der Königs von Polnen wider die Moscoviter  
begen schlach von Smolensko.
50. Juitung von fürschiffen an fingen auff der Aron Polnen Besatzung,  
samt den beschriben des selbigen fündens, passagen dem Könige  
von Polnen und dem fürstlichen.
51. Königlich Befehden an das Dniel Befinden und dessen Formosum.
52. Confessio fidei Christianae edita nomine Catechiarum Polonicarum  
quos unum Deum et filium eius unigenitum I. C. cum spiritu S. pro-  
fiterentur.
53. Krotki rozszedek o zborze heretickim w Poznaniu.
54. Equiti Poloni ad amicum epistolica Relatio de praelio auspiciis Vladislai II.  
contra Tartaros A. 1644. feliciter comissi.
55. Bericht von einem Einmarsch, welcher für Danzig auff der Ostpreussen für  
in Miltien unternah.



56. Frid. Meibohmii congratulatio Panegyrica Venceslao Comiti à Le-  
no Episc. Varniensi primo Episcopatum suum ingredienti habita.
57. Nath. Postenscheri Oratio Panegyrica de Episcopatu Varniensi.
58. Virgilio Lucitelli Nozze d' Amore et di Epiche, Dramma Mu-  
sicale rappresentato nel ingresso della Regina Ludovica Maria  
Gonzaga in Danzica.
59. Michel Angelo Brunerio Nozze è Amore da rappresentarsi in  
Musica nelle nozze del Re è Regina Vladislao è Lu-  
dovica Maria.
60. Joh. Petr. Titii Gratulatio ijdem nuptij Regij consecrata.
61. Jacobi Letzkii Hof. anna nuptiale ijdem nuptij acclamatum.
62. Hieron. Grato de Moskorszow Moskorszowski. Oratio funebri  
in excessum Vladislai IV.
63. Mich. Albini Oratio, odn ubru das. Elbstubem Vladislai IV.
64. Samuel Kurzenier Collectanea de foro et Jurisdictione civi-  
tatum Regiarum in Regno Pol. et M. Duc. Lithvanis.
65. Dyskurs Jednego mitornika Cyzerzeni, w ktorym się pokazuje ze P.  
Proz. skanal wojsko narze tego roku etc. 1648.

E XIV 464 wie not. gbi vobis

V. 1373

ELEGIA  
GRATVLATORIA AD  
REVERENDISSIMVM AM-  
plissimumq; Dominum D. IA-  
COBVM VCHANSKY Dei  
gratia Episcopum Cuiaviensem &  
Pomeranie.

*Autore*  
M. Achatio Cureo  
*Marienburgensi.*

DANTISCI:  
APVD HÆREDEM FRAN-  
*cisci Rhodi.*

ANNO 1559.



J.

# REVERENDISSIMO

AC AMPLISSIMO DOMI-

no Iacobo Vchansky Episcopo Cuiavien-  
ensi & Pomeraniae, Domino suo per-  
petua obseruantia colendo.

S. P. D.

**Q**uid cupiant elegi quæras vir Sæcte, Thalia  
Cur rudis ad cultas perueniatq; manus?  
Ipse tibi summa qui te pietate veretur  
Hanc offert, mentis pignora certa sua.  
Mente peto placida relegas amplissime Presul,  
Et patula voces quas ferat aure nota.  
Non tristes Niobes casus Perseiq; labores,  
Aduentum saluum sed canet illa tuum,  
Et quæ sollicitos pro te nos caussa coëgit  
Funderè ab ore preces, leta referre cupit.  
Tempus erat nato Cori quo sydere flatus  
Arcturo, Brumæ signa dedere nouæ.  
Cum virtute sua Phœbus discusserat atras  
Nubes, & clarum fecerat esse inbar.  
Tunc ego gaudebam studijs lassata diurnis  
Membra, per apricum restituisse locum.  
Ergo meos moui per summa cacumina gressus  
Montis, qui fertur nomine reę tuus.  
Conspexi lapidem tutum qui factus Asylum  
Ob cædem trepidis & mala fata reis.

Atq; Borussiacæ miranda theatra videbam  
Terra quàm sepsit Vistulæ & vnda maris:  
Sensibilis qua se per planum fundit Horizon  
Vndiq; sunt oculis obuia dona DEI.  
Hic vbi detonsa messor segete arua reliquit,  
Mille greges implent quod vacat omne solum.  
Hic pascuntur equi, tauri, hîc armenta Myronis  
Dente auido carpunt gramina ruris opes.  
Hâc ratis ex alto passis oneraria velis  
Ter geminis volitans, pondera magna vehit.  
Hâc vaga Cymba ruit Cereris de munere diues,  
Vnde capit merces aduena turba suas.  
Et vidi pictos viridanti gramine campos,  
Vt natura suas prouida pandat opes.  
Ergo DEO meditor gratanti pectore grates,  
Alti suspiciens sydera clara Poli.  
Quod sua dona quidem varijs & mille figuris  
Omnibus in terris inuenienda dedit.  
Inde meos vrbis vultus ad mœnia verti,  
Hæc q; diu vt visus detinuerè meos.  
Ecce simul iuuenes, pueri, innuptæq; puellæ,  
E portisq; senes, languida turba, ruunt.  
Hinc equites celsis vecti erupere Caballis,  
Martia vt in bello tela dedere sonum.  
His turbis motus propero non segnîs in vrbem,  
Magnaq; turba foris maior at intus erat.

Ibat ouans letis animis per compita vulgus,  
Magno discursus murmure magnus erat.  
Mox igitur, ciues subiti quæ caussa tumultus?  
Cur solito populus letior? vnde? rogo.  
Præfulis aduentum spectamus quisq; ferebat,  
De quo iam pridem fama relata fuit.  
Quod sit vir mitis, sapiens, pietatis abundans,  
Quod cultus veræ relligionis amet.  
Iustitiamq; colat paci non inferat iram,  
Omnia iudicij dexteritate probet.  
Hunc cupiunt omnes venientem cernere, quisq;  
Eius in aduentum prospera vota facit.  
In melius cum sit conuertere tristia fata  
Pronus, ab hoc sperant cōmoda magna viro.  
In primis capiet nutans Ecclesia fulcrum  
Si stat vt aucta pia firmiter eius ope.  
Ipse quod ingenuas feliciter imbibit artes,  
Dicitur ingenua mente fauere scholis.  
Quare etiam præsens iam nostra Lycea iuuabit,  
Attribuet studijs munera certa bonis.  
Præmia constituet doctoribus, atq; iuuentæ  
Pauperiem patria iam releuabit ope.  
Dum loquimur tubicen sistris ex ære paratis,  
Martiaq; aduentus classica, signa dabant.  
Mox redeunt equites, prudens quos ante Senatus  
Misit in occursum vir venerande, tuum.

Pone

Ponè sequebatur, turbis mirantibus, illos  
Quæ te longinquo est concomitata cohors.  
Dumq; agiles currus postrema sorte sequuntur,  
Utq; tuum populus fortè vacare videt.  
Exclamant altè sublati vocibus omnes,  
Præsul vbi est? eius currus hic ecce vacat.  
Tum, manet in portis referēs venit vnus & alter,  
Ipse pedes rectâ limina sancta petet.  
Excipiunt dominum, gressus & voce retardant,  
Ad quos est vrbis summa relata, patres:  
Ipsum dulcisono Consul Clefeldius ore  
Alloquitur, Consul Brandisiusq; simul.  
Aduentumq; vrbis cōmuni nomine nostræ  
Gratanturq; illi pectore & ore fauent.  
Hæc vbi narrauit, populus velut ordine rupto,  
Scinditur in partes in sua quisq; loca.  
Nec mora, dum medi<sup>9</sup> graderis comitatus in vrbe,  
Utq; tuum Consul cinxit vterq; latus.  
Vera loquor, cuncti linguis animisq; fauebant  
Qui spectatores muneris huius erant.  
Sis nobis gratus, dicebant optime Præsul,  
Ominibus faustis vir venerande venis.  
Bosphorus est rutili solis qui nuncius ortus,  
Latus in aduentum fulserat ipse tuum.  
Nec mouit Boreas nimbos gelidasuè procellas,  
Omina cælestis candida candor habet.

A ij     Nubila

Nubila dissoluit Phœbus, vix clarior æther,  
Mensibus his totis, vt modo fulget erat.  
Vade bonis auibus felici sydere ductus,  
Dum sacra templa petis fac pia vota DEO.  
Vtq; diem veluti cælestis flamma serenat,  
Sic tua sacrato flamine corda riget.  
Vt monstres pastor miseræ pia pascua nobis,  
Quo benè pascamur quo recreemur oues.  
His actis sequimur, tecum sacra tecta subimus  
Hic quoq; spectator quid gereretur eram.  
Illic humana perdulcis Musica voce,  
Concentusq; dabant organa pulsa pios.  
Musica conticuit, cæpere silentia, voces  
Omnes ad sacras vt tacuere preces.  
Stabat in obscura solus vir parte verendus,  
Et multis annis & pietate grauis.  
Is tacitis precibus finem cum fecit aperto  
Continuo tales edidit ore sonos.  
O mihi nunc Præsul tecum miscere liceret  
Verbaq; fas esset si meditata loqui.  
Forsitan efferrem quare te quisq; sequatur,  
Cur te suspiciat stridula turba senem.  
Scilicet hoc, optat nostram dum summus in vrbe  
Perlustrare tuum pastor ouile venis.  
Vt memor officij nactas hoc munere vires,  
Pro Christi cunctas experiare grege.

Vtq;



Vtq̄ tuis tribuas ouibus bona pascua, cultus  
Quos Deus ipse cupit quos Deus ipse iubet.  
Concedas purè tractentur dogmata Christi,  
Corporis atq; simul mystica sacra sui.  
Vtq̄ iuuentutem, crescentis semina mundi,  
Decernas studijs excoluisse pijs.  
Hac ratione tuum semper florebit ouile,  
Et vero dictus nomine pastor eris.  
Hocq̄ tuum munus sanctè præstare requirit,  
Quod precor vt saluus tempora longa geras.  
Non tua te moueant, moueant te publica vota,  
Non tibi sed Christo fac pia regna pares.  
Vita quidem breuis est nostro quam ducimus æuo,  
In regno Christi sed sine fine manet.  
In quo, lapsuro malè qui vilescit in orbe  
Amplexus dominum pectore, magnus erit.  
Hoc contrà magnis titulis qui crescit in orbe,  
Despecto Domino postea vilis erit.  
Ergò decet cunctos studio curaq; fideli,  
Sternere ad hæc patulas regna beata vias.  
Id facias etiam Præsul pater inclyte, nobis  
Pande fores rectum fac gradiamur iter.  
Tu patrios vultus gestas, patriumq; fauorem  
Exhibeas nobis, dona petita ferens.  
Exaudi gemitus nostros, nostrasq; querelas  
Ante tuos oculos pondus habere sine.  
Sicq; per annosum semper celebraberis æuum,  
Et crescet toto nomen in orbe tuum.

Hinc quoq; caelestis durantia gaudia vitae,  
Pastoris veri praemia digna feres.  
Hac tibi sancte senex voluit mea Musa referre,  
Te veluti patrem quae reuerenter habet.  
Doctior ipse peto tenerum ne despice carmen  
Quamuis de vena pauperiore fluat.  
Namq; illud capiens aequa si mente probabis,  
Hoc melius quondam nostra Minerva dabit.  
Te Deus incolumem Pylios conseruet in annos  
Præbeat & rebus fata secunda tuis.

FINIS.

Reuerendiss. D. T.

Addictiss.  
Achatius Cureus  
in Gymnasio Dantiscano  
collega.

